uitium est malum est igitur voluntarium et pena dignum est. Vitium quoque est in corru
ptione, peccatum autem in actione. Actus vero peccati solo consensu perficitur, etiam si foris op
opus non fuerit, quia quod iniquitatis est per consensum pravum in sola voluntate completur;
et tamen cum ab eo quod vult perficiendo foris invita restringitur. Sic et quod suum
est totum, et quod amplius non facit suum non est, non ab ipsa est quod amplius non facit. Sed consentit ipsa ita
in solo consensu opus iudicatur, cum quod id quod foras est opus tamen malicia adicit
quantum ipsum quod intro operatur motum voluntatis ad maliciam accendit. Sic quoque vicia
origo peccatorum sunt et quibus opera iniquitatis. Quod quidem sic dictum est absque consensu penam
habent, quia corruptio sunt, cum consensu autem culpam, quia voluntaria sunt. Iniquitum et origi
nalia sunt pena in ipsis exercetur, in quantum voluntaria pena ipsis debetur.
Sunt autem hec: prima superbia, secunda invidia, tercia ira, quarta accedia, quinta ava
ricia, sexta gula, septima luxuria. Ex his tria hominem expoliant,
quartum spoliatum flagellat, quintum flagellatum eicit, sextum eiectum seducit, sep
timum seductum servituti subicit. Superbia aufert homini deum, invidia proxi
mum, ira se ipsum. Accedia spoliatum flagellat, avaricia flagellatum
eicit, gula eiectum seducit, luxuria servituti seductum subicit. Anima creata
in sanitate sua vas est solidum et integrum, nullam habens corruptionem quam vicia
venientia in eam hoc modo viciant corrumpunt: per superbiam inflatur, per invidiam arescit,
per iram crepat, per accediam frangitur, per avariciam dispergitur, per gulam inficitur,
per luxuriam conculcatur et in lutum redigitur. Superbia est amor proprie excellen
tie. Invidia est odium felicitatis aliene. Ira irrationabilis perturbatio mentis.
Accedia est ex confusione mentis nata tristicia sive tedium et amaritudo
animi inmoderata, qua iocunditas spiritualis extinguitur, et quodam desperationis principio
mens in semetipsa subvertitur. Avaricia est inmoderatus appetitus habendi. Gula
inmoderatus appetitus edendi. Luxuria est concupiscentia explende volup
tatis nimia vel concubitus desiderium super modum et contra rationem effluens. Super
bie duo sunt genera: unum intus, aliud foris. Intus est superbia, foris iactan
cia. Superbia in elatione cordis, iactantia in ostensione operis. Superbia foris.